Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Quaestiones argumenti obstetricii

https://hdl.handle.net/1874/301671

22

QUAESTIONES

ARGUMENTI OBSTETRICII.

1910910
A 185252 g

22.

QUAESTIONES
ARGUMENTI OBSTETRICII,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

PETRI HARTING,

MED. ET ART. OBST. DOCT., MATH. ET PHIL. NAT. PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

ARTE OBSTETRICIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

GUILIELMUS VAN WICHEREN,

Leovardia-Frisius.

MEDICINAE DOCTOR.

A. D. XVIII M. SEPTEMBRIS, A. MDCCCLVIII, HORA VII DIMIDIATA.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD POST UITERWEER ET SOC.

MDCCCLVIII.

Ex officina typographica J. G. Andriessen.

THESES.

I.

Deligatio funiculi umbilicalis, quamvis non necessaria, prudentiae causa semper est instituenda.

II.

Matris vita semper pluris est aestimanda quam infantis.

III.

Versio in pedes versioni in caput est praeferenda.

IV.

In eclampsia parturientium rejiciatur *l'accouchement forcé.*

V.

Usus secalis cornuti, membranis ruptis, nocet.

VI.

Nullum instrumentum tam est idoneum ad reponendum et retinendum funiculum prolapsum, quam manus.

VII.

Sectio pubis nunquam est instituenda, nam ejus utilitas plerumque durante vita non satis apparet; sequelae contra fere semper et matri et infanti sunt infaustae.

VIII.

Si angustia pelvis est tanta, ut infans ne cranio quidem cerebro orbato educi possit, sectio caesarea indicata est.

IX.

In inversione uteri, si placenta adhuc adhaeret, haec non est solvenda, priusquam repositionem institueris.

X.

In haemorrhagiis parturientium gravioribus partus artificialis saepe optimum est remedium.

XI.

Per auscultationem tantum nonnullis in casibus graviditas apparet, maximi ergo habenda est pretii.

XII.

In partu praecipite neque venaesectio neque membranarum perforatio probanda est.

XIII.

Foetus extractionem post versionem, praesertim si difficilior fuerit, non dissuadeo.

XIV.

In febri puerperali venaesectio nocet.

19/09/14.
A 185 2531